

ΙΘ' ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ ΕΙΣ ΒΙΒΛΟΝ ΛΥΡΙΚΗΝ  
ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ \*

Βύβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν τεύχει τῶδε  
Πεντὰς, ἀμιμήτων ἔργα φέρει Χαρίτων  
Ἀνακρέοντος ἄς ὁ Τήιος ἠδὺς πρέσβυς  
Ἐγραψεν, ἢ παρ' οἶνον, ἢ σὺν Ἰμέροις.  
5 Δῶρον δ' εἰς ἱερὴν Ἀντωνίην ἤκομεν ἠῶ  
Κάλλευσ, καὶ πρᾶπίδων, ἔξοχ' ἐνεγκαμένη.

\* Ex cod. Anthologiae Constantini Ceph. Palatino, nunc Vaticano, edidit hoc epigramma Doruillius Van. crit. p. 185.: et v. 3. ostendit p. 187. in interpolato quodam libro sic legi, "As Ἀνακρέων ἠδὺς πρέσβυς ὁ Τήιος" sed addit, legi posse Ἀνακρέων ἄς πρέσβυς ἠδὺς ὁ Τήιος, aut "As πρέσβυς ἠδὺς Ἀνακρέων ὁ Τήιος. Reliqua, quae attulit ad illustrandum hoc epigramma, possunt in Vanno critica ipsa legi a studiosis. Primum distichon ediderat ante eum Pauus in notis ad Anacr. p. 4, atque edidit nuper A. C. 1778. Vinariae Suabius ex Anthol. Vossiana. Post Doruillium vulgavit totum epigramma, primo Ioh. Ienius in Epigrammatis ineditis n. 19. p. 313.: sed legit v. 1. Βίβλων v. 3. Ἀνακρέοντος v. 5. Ἀντωνίην v. 6. ἐνεγκαμένην quod Doruillius d. 1. p. 193. sponte mutat in ἐνεγκαμένην deinde Heringa Obseruatt. critt. c. 23. p. 193., qui Ienianas lectiones retinuit: sed v. 3. ita legi posse arbitratus est, "As Ἀνακρέων ὁ πρέσβυς ἠδὺς Τήιος" et nuper Ioh. Jac. Reisquius in Anthol. Constantini Cephalae n. 670.: qui v. 1. βίβλων legit: sed v. 3. f. eiecit, vt scholium noui Graeculi, vid. eius notae ad h. l. p. 193. Qui ipse Reisquius accurate disputauit de ipso auctore epigrammatis p. 221. ff.: cuius carminum reliquias omnes separatim edidit Manso Gothae A. C. 1790. quaternis. Nuper hoc epigrammate Tō. 2. Analectt. p. 143. auxit Bruncquius: qui scripsit v. 3. "As πρέσβυς ἠδὺς Ἀνακρέων ὁ Τήιος, e conii. Doruillii: et v. 5. Ἀντωνίην. Sequutus est eum ducem Brigerus p. 25. Repetiit idem hoc carmen Holst, p. 142.